

## Summa fratris Alexandri (Summa Halensis), IV, 288.

(Doctoris irrefragabilis Alexandri de Hales ordinis minorum Summa theologica seu sic ab origine dicta "Summa fratris Alexandri" ..., kiad. Collegium S. Bonaventurae, Quaracchi 1924-1948, IV/1, 441-442.)

Utrum adoratio univoce dicatur de latria et dulia

Secundo quaeritur utrum adoratio univoce dicatur de latria et dulia.

Ad quod sic: 1. Latria dicitur cultus soli Deo trino et uni debitus, dulia vero dicitur cultus vel reverentia debita rationali creaturae superiorem ordinem tenenti, sicut est praelatus et dominus et magister et huiusmodi. Sed eadem est adoratio, qua adoratur Deus et creatura superiorem ordinem tenens, ut praelatus et huiusmodi; ergo adoratio univoce dicitur de latria et dulia. — Minor patet per simile. Videmus enim quod eadem est dilectio vel amor quo diligitur Deus et proximus. Istud patet, quia dicendo *diligitur Deus, diligitur proximus*, idem est obiectum et idem finis: diligere enim proximum est velle ei bonum summum; ergo similiter adoratio eadem, quia adoratur Deus in proximo, in quantum est imago eius et similitudo: unde adoramus praelatos propter conformitatem ad Deum in potestate, doctores propter conformitatem in scientia vel sapientia, viros sanctos propter conformitatem in bonitate. De primo habetur: *Diis non detrahes*; et dictum est a Domina ad Moysen: *Posui te deum Pharaonis*; de secundo: *Si illos deos dixit, ad quos sermo Dei factus est*; de tertio habetur in Psalmo: *Ego dixi, dii estis*. Ergo adoratur proximus ratione conformitatis et participationis alicuius divini; ergo sicut eadem est dilectio et univoca, ita eadem adoratio Dei et proximi; ergo univoce dicitur adoratio de Deo et de proximo.

Ad oppositum: a. Adoratio debita Deo singularis est et ei soli debita, et haec dicitur latria. Ergo sicut non est dicere de iis quae singulariter de Deo dicuntur quod per analogiam convenient creaturae, nec etiam multo magis per univocationem, non erit similiter dicere quod adoratio dicatur univoce nec etiam analogice de latria, quae ad Deum pertinet, et de dulia, quae pertinet ad proximum.

Solutio: Super illud: *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies*, dicit Glossa: *Graecae λατρευσis, latine servitus. Servitus autem illa, quae communis est Deo et homini et cumque, graece δουλεια dicitur; illa vero quae soli Deo debetur,*

Univok módon mondjuk-e imádatnak a latriát és a duliát?

Másodszor azt kérdezzük, hogy univok módon mondjuk-e imádatnak a latriát és a duliát.

Ahhoz, hogy igen: 1. Latriának az egyedül a hármassal és egy Istennek járó kultuszt nevezzük, duliának pedig azt a kultuszt vagy tiszteletadást nevezzük, amely a felsőbb rendet elfoglaló racionális teremtményeknek jár, mint amilyen a főpap, az úr, a magiszter és hasonlók. De ugyanaz az imádat, amellyel imádjuk Istent és a magasabb rendet elfoglaló teremtményt, mint a főpapot és hasonlókat; tehát az imádatot univok módon mondjuk a latriáról és a duliáról. – Egy kisebb [érv] nyilvánvalóvá válik egy hasonlat által. Látjuk ugyanis, hogy azonos a szeretet vagy vonzalom, amellyel Istent és a felebarátot szeretjük. Ez nyilvánvaló, hiszen ha azt mondjuk, hogy *Istent szeretjük, felebarátunkat szeretjük*, azonos a tárgy és azonos a cél: felebarátunkat szeretni ugyanis annyi, mint a legfőbb jót kívánni neki; tehát hasonlóképpen azonos az imádat, mert Istent felebarátunkban imádjuk, amennyiben az neki képe és hasonmása: így a főpapat Istenhez a hatalomban való hasonlóságuk miatt, a tanítókat a tudományban vagy bölcsességben való hasonlóságuk miatt, a szent férfiakat a jóságban való hasonlóságuk miatt. Az elsőről ez szól: *Az isteneket ne szidalmazd*; és amit az Úr mondott Mózesnek: *Istenné teszek a fáraó előtt*; a másodikról: *Ha isteneknek mondtátok azokat, akikhez az Isten igéje szólt*; a harmadikról a Zsoltárban: *Azt mondtátok, istenek vagytok*. Felebarátunkat tehát valami istenihez való hasonlóságának, abban való részvételének értelmében imádjuk; tehát ahogy azonos és univok a szeretet, úgy azonos Isten és felebarátunk imádata; tehát univok módon mondunk imádatot Istenről és felebarátunkról.

Az ellenkezőhöz: a. Az Istennek járó imádat egyedülálló és csakis neki jár, és ezt nevezzük latriának. Tehát ahogy nem mondható azokról, amiket egyedül Istenről mondunk, hogy analógia – és még sokkal kevésbé, hogy univokáció – által illenek a teremtményre, hasonlóképpen nem lehet mondani, hogy az imádatot univok, vagy akár analóg módon mondjuk a latriáról, amely Istenhez tartozik, és a duliáról, amely a felebarátunkhoz tartozik.

Megoldás: Arról, hogy *Az Urat, a te Istenedet imádd, és csak neki szolgálj*, ezt mondja a Glossza: Görögül *λατρευσis*,

14–15 Cf. Mc 12,33; Lc 10,27 | 22 Ex 22,28 | 23 Ex 7,1 | 23–24 Io 10,35 | 25 Ps 81,6 | 37–38 Mt 4,10 | 38–45 Glossa ordinaria, marg. ad Mt 4,10

latria. Et sumit Glossa illa duliā extenso nomine duliae, secundum scilicet quod accipitur pro servitute. Dulia vero in propria ratione est reverentia facta superiori creaturae, secundum quod dicit Glossa super illud Psalmi: *Adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est*, et dicit: *Non illa, dico, adoratione quae latria est, quae soli Creatori debetur, sed illa quae dulia dignior est*. Dulia enim adoratio est quae etiam creaturae exhibetur, quae duas habet species: unam, quae omnibus indifferenter; alteram, quae soli humanitatem Christi exhibetur. Proprie ergo sumpto vocabulo, latria est servitus quae soli Deo debetur; dulia vero dicitur servitus et reverentia quae ratione alicuius doni et dignitatis excellentis debetur rationali creaturae, propter quod etiam debetur ei adoratio. Dicendum ergo quod nec univoce nec aequivoce dicitur adoratio latriae et duliae proprie sumptae, sed analogice, hoc est per prius et posterius. Unde propter hoc dicit Glossa illa quod *λατρευσις* sive *δουλεια* extenso nomine est communis servitus exhibita cuicumque; non dicit univoca vel eadem, sed communis, scilicet per analogiam, hoc est per prius et posterius. Haec autem est ratio: Adoratio est veneratio vel reverentia exhibita ratione dignitatis superioris et excellentis, et hoc per prius et posterius convenit duliae et latriae. Summa enim excellentia dignitatis est in Deo, et ratione illius debetur adoratio latriae ipsi Deo; excellentia autem dignitatis, quae est in creatura rationali, non est summa, immo ab illa divina et sub illa et ad illam, et ratione istius dignitatis debetur creaturae adoratio duliae. Ex hoc enim quod summum est in Creatore, debet ei creatura summe, et ratione istius summi in Creatore debet adorationem latriae; ratione vero dignitatis datae a Deo creaturae debetur ei dulia, non dignitatis quae summa sit, sed quae sub illa est ratione cuius adoratur Deus.

[Ad obiecta]: Ad rationem in contrarium dicendum quod Deus est *A et Ω*, *principium et finis*. Adoratio ergo respicit Deum in quantum est principium superius et excellens: unde adoratio est motus in principium, amor vero est motus in ipsum sicut in finem. Ratio autem finis non mutatur, cum dicitur quod diligitur Deus et quod diligitur proximus, scilicet diligere summum bonum ipsi proximo. Similiter nec debitum mutatur, immo eadem ratione debeo dilectionem Deo et proximo, quia in se ipso et in sua imagine debeo diligere summum bonum. Sed, cum adoratio sit motus in principium, variatur ratio principii, qua adoratur Deus et proximus, et similiter ratio debiti, quia

45 *latinul servitus*. Azt a szolgálatot pedig, amely közös az Istenben és az emberben és bármiben, görögül *δουλεια*-nak mondják; azt viszont, amelyik egyedül Istennek jár, latriának. És a Glossza a duliát a duliának azon a kiterjesztett nevéen veszi, amely szerint szolgálatként értik. Mindazonáltal a dulia sajátlagos értelemben a felsőbb teremtménynek nyújtott tiszteletadás; a Glossza a Zsoltárnak arról [a részéről, hogy] *Imádjátok lábának zsámolyát, mert szent az*, eszerint ezt mondja: *Azt mondom, hogy nem azzal az imádattal, amely a latria, amely egyedül a Teremtőnek jár, hanem azzal, amely az* 50 *illőbb dulia*. A dulia ugyanis az az imádat, amelyben a teremtmények is részesülnek, és amelynek két fajtája van: az egyik, amelyet különbség nélkül mindennel, és a másik, amelyet csak Krisztus emberi természetével szemben tanúsítunk. A sajátlagosan vett megnevezéssel tehát a latria az a szolgálat, amely egyedül Istennek jár; duliának pedig azt a szolgálatot vagy tiszteletadást nevezik, amely valamely kiváló adomány vagy méltóság okán jár a racionális teremtménynek, eszerint is jár neki adoratio. Azt kell tehát mondanunk, hogy a sajátlagosan vett duliáról és latriáról az imádatot nem univok és nem ekvivok, hanem analóg módon mondjuk, azaz az előbbi és utóbbi által. Így ezért mondja az a Glossza, hogy a *λατρευσις* avagy a kiterjesztett néven vett *δουλεια* az a közös szolgálat, amiben bármit részesítünk; nem mondja, hogy univok vagy hogy ugyanaz, hanem hogy közös, tudniillik analógia által, azaz az előbbi és utóbbi által való. A meghatározás pedig ez: az imádat az a tisztelet vagy tiszteletadás, amelyet felsőbb és kiváló méltóság okán nyújtanak, és ez az előbbi és utóbbi által illik a duliára és a latriára. A méltóság legfőbb kiválósága ugyanis Istenben van, és ennek okán jár a latria imádata magának Istennek; a méltóságnak az a kiválósága pedig, amely a racionális teremtményben van, nem a legfőbb, hanem az isteniből és az isteni alatt és az isteni szerint [lehet meghatározni], és eme méltóság okán jár a teremtménynek a dulia imádata. Ugyanis emiatt, ami a legfőbb a Teremtőben, tartozik a teremtmény neki legfőbbnek – és pedig a Teremtőben lévő eme legfőbb okán – a latria imádatával; a teremtménynek Isten által adott méltóság okán pedig duliával tartozunk neki [a teremtménynek], nem azon méltóság okán, amely a legfőbb, hanem amely az alatt van, amelynek okán Istent imádjuk.

[Az ellenvetéshez]: Az ellentétes érvehhez azt kell mondani, hogy Isten az *Alfa és az Ómega*, a *kezdet és a vég*. Tehát az imádat úgy tekint Istenre, amennyiben az a felsőbb és kiváló princípium: ezért az imádat a princípiumba való mozgás, a szeretet viszont mozgás abba mint célba. A cél fogalma nem változik azt mondván, hogy szeretjük

Deus est principium ad esse et conservationem esse ipsius creaturae; rationalis vero creatura est principium ratione doni excellentis ad bene esse alterius, sicut subditi, ratione cuius potest ipsum ducere in superiora, sicut praelatus per potestatem, doctor ratione sapientiae per cognitionem, sanctus vir per exemplum possunt alios ducere in superiora. Ratio ergo debiti similiter est differens, quia ratio debiti quo debeo Deo est ratio qua debeo ipsi principio ad esse et ad conservationem ad esse et ad omnia reliqua; ratio debiti, quo debeo reverentiam proximo, est ratio qua debeo principio ad bene esse. Dignitas enim divini esse per potentiam, et per participationem convenit praelatis, dignitas sapientiae doctoribus, dignitas vero bonitatis sanctis, ratione quarum dignitatum sunt principium ad bene esse aliorum et ratione quarum debetur eis honor et reverentia. Et sic non est univoca ratio debiti nec etiam aequivoca, sed analogica, scilicet per prius et posterius variata, et ideo debet variari ipsa adoratio et radix ad utramque.

95 Istent és hogy szeretjük felebarátunkat, tudniillik felebarátként [mondjuk] szeretni a legfőbb jót. Hasonlóképpen nem változik a tartozás, hanem ugyanazon értelemben tartozom szeretettel Istennek és felebarátomnak, mert önnönmagában és képében tartozom szeretni a legfőbb jót. De mivel az imádat a princípiumba való mozgás, meg-  
100 változik a princípium fogalma, amely szerint imádjuk Istent és felebarátunkat, és hasonlóppen a tartozás fogalma is, mert Isten a létnek és a teremtmény léte fenntartásának tekintetében princípium; a racionális teremtmény viszont a másnak – úgymint az alávetettnek – a jó létéhez kapott kiváló adomány okán princípium, amelynek  
105 alapján [az adomány alapján a racionális teremtmény] képes azt [az alávetettet] feljebb vezetni, így a főpap hatalom révén, a tanító bölcsesség alapján, megismerés révén, a szent férfi példa révén tud másokat feljebb vezetni. Hasonlóképpen a tartozás fogalma is különböző, mert  
110 annak a tartozásnak a fogalma, amellyel Istennek tartozom, az a fogalom, amely szerint magának a lét, a lét fenntartása és minden más princípiumának tartozom; annak a tartozásnak a fogalma, amellyel a felebarátomnak tartozom tiszteletadással, az a fogalom, amely szerint a  
115 jó lét princípiumának tartozom. Ugyanis a hatalom szerinti isteniség méltósága részesülés által illik a főpapokra, a bölcsesség méltósága a tanítókra, a jóság méltósága pedig a szentekre [ugyanígy], amely méltóságok okán ők  
120 mások jó létének princípiumai, és amelyek okán tisztelet és tiszteletadás jár nekik. És így nem univok a tartozás fogalma, és nem is ekvivok, hanem analogikus, tudniillik az előbbi és utóbbi szerint változó, és ezért kell megváltoztatni az imádatot és mindkettőnek a forrását.